

nobis aliquid auferri? Atq; ideo recte Socrates execrari eum so-
 lebat, qui primus Stilitatem à natura seiunxisset: id enim que-
 rebatur caput esse exitiorum omnium. Est equidem & destrue-
 re metallum atq; deterius facere, & hominem interficere &
 trumq; malum, & quidem altero alterum magis Vitandum:
 Verum qui sanat non interficit, non destruit qui restaurat: ma-
 nus medici agro imponitur, non sano & bene habenti: manus
 itidem philosophi vili & imperfecto metallo, non caro & per-
 fecto. Committendum itaq; & trumq; est & bonis & peritis ho-
 minibus, non iniquis, non etiam indoctis. Quod si ita fiet, erit
 quod de hominis salubritate, de metalli pretio speremus. Atque
 ad hoc quidem ars ista, quam Veteri & exoso vocabulo Halche-
 misticen dicimus, magno cum Reipub. emolumento, si modo
 percipi possit, ab heroicis & q; temporibus comparata est. Nosti
 enim quid de ea magni philosophi referant, quid poeta, quid et-
 iam historici. Quæ miracula natura nemo non fere Vana & fi-
 cta putat, & ad fallendum inuenta. Atq; hoc magis, quod illa
 ipsa artis præcepta à quouis quotidie teruntur, & ab ijs potissi-
 mum accommodantur ad Vsum, qui & ingenio parum Valent
 & diligentia. Factumq; est nescio quo fato, nisi forte quod nimis
 abdita, aut incredibilis videtur, & à permultis literarum bona-
 rum professoribus posthabita & neglecta sit. Quo euenit, & qui
 minus de literis meriti sunt, eam damnent, nedum contemnant:
 quo quid potest esse in humanis iniustius? Hoc Velim mihi cre-
 das, quod te puto existimare, & nisi quis magnarum sit artium
 disciplinis instructus, parum possit in hac arte proficere Est enim
 collecta tum ex naturalibus tum etiam ex mathematicis ac su-
 pernaturalibus præceptis. Quæ quoniam tibi perspecta sunt &
 cognita, aditum tibi præstabunt ad eam patientiorem: Si modo
 tibi amplectenda ea ars videtur, quæ præter innumeros nature
 rerum effectus id etiam habet, & qui eam consequetur, possit
 scientiam suam multis opibus diuitijsq; cumulare. Sed si nostræ
 leges quo es videlicet acutissimo ingenio, iudicio peracri, cogni-
 tione rerum multarū, memoria tenaci & capacissima, id nō du-
 bito quin facile consequare. Atq; eo præsertim & scriptum tibi
 & dicatum hunc librum, quod etiam me facturum per literas
 ante promiseram, existimes Velim. Lutetia, 14. calendæ No-
 uemb. 1559.

Iuar.